

VALENTINI  
FORSTERI  
IVRISCONSULTI  
CLARISSIMI,

*Quondam, in Academijs Germaniæ cele-  
berrimis, Marpurgensi, Heidelbergensi  
& Helmaestadiensi,*

Professoris Ordinarij, Senioris  
& Consiliarij, &c.

DE  
HISTORIA IV-  
RIS ROMANI,  
Libri tres.

*Nunc quartum hæc elegantiori formâ re-  
cusi, & ex Authoris iam pie defuncti Au-  
tographo correctiores editi:*


Additis Summarijs & Indice locu-  
pletissimo.

*Cum gratia & privilegio.*

HELMÆSTADII,  
Typis Jacobi Lucij, Impens. Melchioris  
Behmen, Bibliopol.

ANNO CL. B. CX.



  
AMPLISSIMO, SAPIEN-  
TISSIMOQUE ORDINI SE-  
NATORIO REIPVBL.  
NORINBERGENSIS,  
S. D.

VALENTINVS FORSTERVS  
IVRECONSULTVS.

**R**OMANA & postrema mundi  
Monarchia, ceteris potentior, ac  
maiore legum sapientia firmata &  
munita fuit: ut in hac ultima, &  
viribus omnibus attrita mundi senecta, que  
diabolorum timentium instans iudicium Dei,  
furori & insidijs exposita maximè ac prompta  
est, qualecunq; Ecclesie domicilium pararet.  
Sola enim legum sapientia, ac iusticia studium,  
tam amplum, tam magnificentum, ac initio toto  
penè orbe diffusum imperiū, consociatis hac ra-  
tione & colligatis hominibus, constituit. Huius  
verò iuris Romani varia fuerunt initia, varij  
progressus. Prima in Vrbe administratio, regio  
fuit. Hoc tempore plurimæ leges à regibus late  
sunt, priscais quidem illis temporibus accommo-  
da, à nostris verò aliena: quippe quæ circa sa-





VALENTINI  
FORSTERI IVRE-  
CONSULTI PRAE-  
CLARISS.

DE HISTORIA IVRIS  
CIVILIS ROMANI.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

*De causis mutationum in Imperijs.*

SVMMARIA.

- 1 *Imperiorũ mutationes non sunt casu fortuito.*
- 2 *Scipionis notabile dictum, spectantis incendi-  
um Carthaginis.*
- 3 *Plato laudatur, eiusq; insignis locus explica-  
tur, & num. 6.*
- 4 *Leges Rerumpub. per Harmoniam à Plato-  
ne quomodo depingantur.*
- 5 *Principum erga leges obseruantia, vel con-  
temptus, causa est conseruationis vel in-  
teritus eorum.*